295

Monseigneur

No 53.

Summô me affecère gaudio exaratæ Illustrissimæ Vestræ Excellentiæ die 18. præsentis literæ, ex qui=
bus receptionem quoq; mearum percepi, referensq; de=
bitas gratias pro comendatis S. Caareæ Majestati negotiis Curlandicis, expecto futura postâ quæ ra=
tione sit exsolvendæ pecuniæ Illrma Vra Excellea mihi est perscriptura; interim præterita postâ, quo=
modo exsolutionem hujus tot septimanas præter=
lapsi termini festi S. Joannis, difficultare adhuc in=
tendant, ac quod eapropter omnia Senius meus Vice=
Comissario Gärtner, Domino Generali Wackerbart exponenda, perscripsent, jam comemoravi, denuò ro=
gans Illrma Vra Excellea prævalentibus suis remon=
strationibus eò res dirigere velit, quò juxta tenorem subscriptæ â me illisq; forsitan extraditæ recognitio=
nis meæ, Decretum S. R. Mtis, aliaq; comemorata ini=
bidem documenta, mihi jam tradantur, atq; exsolutio sæpetati termini S. Joannis sine omnibus diffugiis sub=
sequatur, acceptâ meâ desuper qvietatione, innecessa=
riæ quippe sunt prætensæ extra tenorem Decreti Regii et recognitionem meam, â me dandæ reversales me plus non accepisse pecuniæ quam in calcullatione

est positum, plus enim non accepi, ac in casum suffi
cientis contrarii probationis, S. R. Mti ea satisfacere
semper sufficiens ac capax sum quamvis sumarie m
dum transigerunt ac non tenerer; Extraditionem vero
circa exsolutionem pecuniarum termini festi S. Joa
obligationum S. R. Mtis originalium, securitatis m
documentorum in manibus meis existentium, prætende
non possunt, nec ego extradam, antequam omnes in Sa
nia termini (: quorum secundus festi Paschatos præt
ti, necdum est solutus :) assignati, realiter exsolut
fuerint, quo facto, omnes obligationes Regias origina
les, ac etiam recens Decretum Regium, quod necdum
mihi tradere volunt licet in recognitione mea sit po
tum, illud me cum assignatione et aliis documentis
tiam non acceptis :) jam accepisse, extradere ero para
simus, solvant modo interim hic pecunias præfati
termini ad quietationem meam, alias monstrarent c
re, quod et illam obtrusam mihi suam transactionem
iterum infringere atq hasce pecunias ad se trahere v
lent. Ablegati mei si pro tunc adesse potuissent, qu
do Majestates fuere insimul, certe non dubito, quin assi
tia Illmæ Vræ Excellentiæ res suas profecto ad vota obti

sent, jam autem Colonellus Grabau secutus est S. Caare
am Majestatem, Capitaneus Major autem Kosciuszko,
partim ex timore periculorum tam longinqui itineris,
partim ex indispositione sua, et quod reditus S. R. Mtis
Domini Nostri Clementissimi in Poloniam brevi assecura
tur, redit Varsaviam, ac proinde expectaturus sum ef
fectum negotiationis ad Aulam Caaream præfati Co=
lonelli de Grabau; expediti ei Ablegati mei sane citius
et ita fuissent, ut Majestates insimul invenissent, ve=
rum enim vero, varia intercessere iter illud remorantes
difficultates, atq principaliter etiam non solutus ad
huc terminus pecuniarius, qui me, volentem ad thermas sa
nitatis curandæ ergo proficiscentem, hic et nunc deti
net adhuc, expectando simul extraditionem Regiomon
ti jam per decem annos mearum et Curlandicarum de=
tentarum rerum, circa quam tot et tantæ interveniunt
ex parte Aulæ Berolinensis difficultates, ut necdum
videam, quando et quomodo, ejusmodi detentæ modo vio=
lento res meæ et maxima parte oppignoratæ extraden=
tur, adeo ut etiam tandem S. R. Mti et Reipublicæ conqueri
desuper ac auxilium implorari necessitabor, quando et ra
tione assumtorum sibi contra mentem ultimi S. R. Mtis
Rescripti ac autoritatem meam, in Curlandia nonnullo=

29

rum officiorum, variæ ibidem fiunt intriguæ, atq Re
in Prussia pro uno eorum, apud me intercedit, ut
ille contra autoritatem meam, juraq S. R. Mtis et Re
publicæ Supremi Domini conservaretur, instanter e
quasi pro autoritate urget, ac per indirectum rebus
landicis sese immiscere vult et videtur; Rogo itaq Illm
Vram Excell. enixissime, velit Rescriptum Regium ex
cellaria sua expediendum, committere, mediante quô, omn
bus et singulis Curlandis, â Supremô ad infimum usq
injungeretur ac demandetur, ut exactissimam praest
omnibus meis et ratione bonorum Ducalium feudaliu
quæ ita in præjudicium Supremi Dominii, Nobilium p
cuniis sunt aggravata ac ruinata, ut Duci nulli omn
no veniant ex eis reditus, dispositionibus obedientiam
Intricationes omnes singulariter verò cum Extenis, quan
quidem Soli Regi et Reipublicæ competit rerum Curla
dicarum determinatio, sub gravi animadversione intermi
tant, nec aliquis audeat, immiscere se aut obtrudere ali
officio, quod ei collatum â me legitimo Ducatuum Do
no, non fuerit. Cujus quidem rescripti Regii in termin
adstringentibus expeditionem procurare, ab Illmâ
Vestra Excell. transmittendam mihi, proximis expect
quo illud in Curlandiam, ad sopiendas ibidem intrication

quantocyus mittere possim. Exportavit Illmus Palatinus Trocensis Oginskj ex Cancellaria Regia testante apposita hic copia, Comissionem ad Capitaneatum Polongensem, mediante qua intendit plus quam medietatem Capitaneatus, ad bona sua trahere haereditaria ac minatur idvi se effecturum. Cum itaq toto tempore possessionis meae, ratione granicierum aut dislimitationis ejusmodi, nulla unquam fuerit controversia aut mentio, et nunc Capitaneus Major Kosciuszko, cujus administrationi praefatus Capitaneatus Polongensis est comissus, absens sit; Illmam Vram Excellentiam pro cassatione Regia super ejusmodi exportata Comissione obtinenda, quam instantissime rogo, fieret enim per intentionem Dni Oginskj Palatini, non exiguum in bonis Regalibus damnum, cui tamen, quantum possibile me opponam, ac etiam vi vi repellere debebo. De his quae Illmus ac Rndmus Dnus Episcopus Posnaniensis, contra Ablegatum meum Colonellum de Grabau, S. R. Mti Domino Nostro Clementissimo conquestus est ratione exercitii devotionis publicae Varsaviae et quod sclopeto inonerato occiderit Nobilem servientem Dno Subjudici Cemensi, nihil mihi constat, nec

320

quicquam eapropter scriptum est, nisi quod Illmus
Supremus Regni Mareschallus his diebus mihi comme
moraverit id sibi tali modo perscriptum esse. Fortasse
idem Colonellus devotionem suam apud Residentem
ibidem Varsaviae existentem Brandeburgicum /: quod
prohiberi haud posse puto :/ habuit, occidisse autem
inoneratô sclopeto hominem, non sperare sed meliora
credere volo, quoniam illum hominem probum esse semper
putavi, Cui coeterum comendando denuò negotia et
interessa mea ut tandem aliquando ab importunis mo-
lestiis quas et Ill: Vrae Exci: facere obligatus sum, eli-
berer, meliori modo, Illmae Vrae Excellti: optimam
valetudinem cunctasque desiderabiles prosperitates cum
felicissimo rerum omnium successu cordicitus appre-
cor, ac debitâ obligatione incessanter maneo,

P. S. Cujd Consiliarius Schüller, interrogatus de assignatione Regia et quando sit pecunia ex solventur, respondit, Ill: Vrae Exci: ex apposita patebit Schedula.

Monseigneur,

de Votre Excellence
le treshumble tres
dedie oblige
serviteur

Gedani die 29. Julij
aô 1711.

Ferdinand J. ...
de ...

302.

Ceſſon, Dux Curlandie d 29
Julij 1711 Anno